Selectae juris sententiae ex titulo institutionum quibus non est permissum facere testamentum.

Numéro d'inventaire : 1980.00013.5
Auteur(s) : Pierre Chevallier
Type de document : affiche
Éditeur : non renseigné (Valence)
Imprimeur : Jean Gilibert
Période de création : 1er quart 18e siècle
Date de création : 1723
Description : Une feuille aux bords irréguliers et froissés. Texte manuscrit au verso, dont l'encre brunie transparaît au recto. Traces des pliures médianes.
Mesures : hauteur : 465 mm ; largeur : 355 mm
Notes : Affiche annonçant les propositions de droit que doit défendre Pierre Chevallier, en juin 1723, pour l'obtention du baccalauréat. Les membres du jury sont nommés dans l'affiche. Comme l'indique le titre, il s'agit d'articles de droit civil concernant la capacité testamentaire, à quoi s'ajoutent deux articles de droit canon sur l'autorité des évêques dans le changement de diocèse des prêtres. Une estampe représentant des armoiries (de l'université ?) orne la partie supérieure de l'affiche. Le texte manuscrit au verso est constitué de notes concernant un procès à propos de la possession d'une fontaine: on a noté les dépositions de divers témoins et le raisonnement par lequel on réfute la thèse adverse. Il peut s'agir d'un procès réel, ou d'un exercice d'école.
Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics
Filière : Université
Niveau : Supérieur
Autres descriptions : Langue : Français
Nombre de pages : 1
Mention d'illustration
ill.

SELECTÆ
JURIS SENTENTIÆ,
EX TITULO INSTITUTIONUM.

QUIBUS NON EST PERMISSUM FACERE TESTAMENTUM.

I.

NON licet omnibus facere teſtamentum, *princ.* ſed eis ſolum quibus teſtandi facultas à lege conceditur, nec denegatur, juris enim eſt publici non privati teſtamenti factio, *l. 3. ff. qui teſtam. fac. poſſ.*

II.

FILIISFAMILIAS non conceditur teſtandi facultas, permittentibus etiam parentibus eorum, *d. princ.*

III.

DE caſtrenſibus verò & quaſi caſtrenſibus teſtari permittitur filiisfamilias quamvis non militent amplius, *d. princ.*

IV.

FILIIFAMILIAS teſtamentum inutile remanet, licet ſui juris factus deceſſerit, *d. princ.*

V.

PROHIBENTUR teſtari patresfamilias quorum [illegible] judicium, §. 1. impuberes propterea, mente capti & prodigi poſt interdictionem bonorum ſuorum non poſſunt teſtari, *d. §. 1. & §. 2.*

VI.

FUROR ſuperveniens teſtamentum anteà rectè factum, aliudvè negotium rectè geſtum non perimit, *d. §. 1.* nec interdictio bonorum facta irritat teſtamentum prius ritè conditum, *d. §. 2.*

VII.

SURDUS & mutus ſimul, vel mutus tantum nequeunt teſtari ſi litteris ſint expertes, *§. 3. & l. 10. Cod. eod.*

VIII.

COECUS teſtari poteſt ſervatis ſolemnitatibus ſingulariter à Juſtino præſcriptis, *§. 4. & l. 8. Cod. eod.*

IX.

CAPTUS jure teſtandi privatur, ita ut teſtamentum ejus non valeat, quamvis redierit è captivitate, *§. ult.*

X.

TESTAMENTUM autem antè captivitatem factum ſuſtinetur fictione legis Corneliæ, aut juris poſtliminii, *d. §. ult.*

EX DECRETO GRATIANI.

I.

CLERICUS invito Epiſcopo ſuo ab alio non eſt ſuſcipiendus, *Can. 1. cauſ. 19. quæſt. 2.*

II.

IMO ſine commendatitiis litteris ſui Epiſcopi in alienam Diœceſim non eſt recipiendus, *Can. 2. d. cauſ.*

ARGUMENTABUNTUR VIRI CLARISSIMI

CAROLUS-FRANCISCUS DE FONTENILLE Secundo-Anteceſſor Regius.
LAURENTIUS GALHARD Anteceſſor Regius.
JOANNES PLANTA Doctor Aggregatus.
MARCUS-ANTONIUS DE MARVILLE Doctor Aggregatus.
LUDOVICUS DE ROSTAING CHAMPHERIER Doctor Aggregatus.
FRANCISCUS PLANTA Doctor Aggregatus.

Has Juris Sententias propugnabit Dominus PETRUS CHEVALLIER Nannettenſis, pro conſequendo Baccalaureatu in U. J. ſub Præſidiis Viri Clariſſimi JOANNIS-PETRI BACHASSON Conſiliarii & primarii Anteceſſoris Regii J. U. in Almâ Univerſitate Valentinâ, die mensis Junii Anno 1723. ab horâ uſquè ad

---

VALENTIÆ, Ex Typographiâ JOANNIS GILIBERT, Regis, Illuſtriſſimi Reverendiſſimique Epiſcopi, ac Univerſitatis Typographi.